



**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ  
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,  
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa  
Canonica Deductus**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1708**

304. An Episcopus agere poſſit de injuria illata Vicario suo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

*Quæstio 304 Num Episcopus agere posset de  
injuria illata Vicario suo.*

**R**Esp. affirmativè Sbroz. L. 3. q. 60. num. 1.  
cicatris Bertach. de Episc. l. 4. p. 3. num. 15. &  
18. Pavin. de potest. Cap. Sed. vac. p. 2. q. 10. n. 24.  
Card. in Clem. de reliq. venerat. SS. tenenturque  
Clerici conspirantes in Vicarium Episcopi, vel illi  
contumeliam infligentes eadem penā, quā con-  
spirantes in Episcopum. Sbroz. loc. cit. num. 2.  
ex Bartol. in Extrav. contra Rebells. v. rebellando.  
num. 4. Franc. March. quest. Delphin. 618. in fine  
part. 2. Bald. in l. Sed si hac. §. semper. ff. de in jus  
vocand. ubi, quod offendens Vicarium vel Nun-  
tium Episcopi ipsum Episcopum offendere cen-  
seatur. Limitat tamen hoc ipsum Sbroz. num. 8.  
& seq. ut procedat, dum quis molestasset vel  
injuriasset Vicarium ratione officii; secus, si  
illum male tractasset ratione odii privati, non  
autem in contumeliam, neque in contemptum  
dignitatis, sed ut privatum. citat pro hoc Bartol.  
in l. 1. §. fin. ff. de injuria. Roland. cons. 48. num. 9.  
vol. 2. Gig. de Crim. lata majest. q. 4. l. 1. Menoch.  
cons. 107. num. 23. in 2. ubi; non aliter punitur  
offendens Officiale ratione odii particularis,  
nisi pro injuria illata privata persona. & Ber-  
tach. de Episc. l. 4. p. 3. tit. de potest. & auth Episc. in  
tempor. circa person. num. 15. ubi in terminis, quod  
Episcopus agere nequeat pro injuria illata Vicar-  
io, nisi fuerit facta in contumeliam ipsius Epi-  
scopi. Porro tunc facta videtur Vicario injuria  
ratione officii, non autem ratione odii privati,  
quando est in executione ipsius officii. Sbroz.  
loc. cit. num. 12. citatis Roland. ubi ante.  
num. 12. Menoch. cons. 99. n. 19.  
in primo.



TRACTA-